

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. VII. - Vtrùm ins ciuile rectè distribuatur in ins naturale & legale? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

*Verùm ius civile rectè distribuatur in ius naturale & legale?*

*An ius naturale mutari non possit?*

Quæstio 1.

Ius civile  
quid.

Ius naturale  
quid.

Ius legale  
quid.

**Q**uoniam ius, lex, iudicium, & consuetudo hominum à iustitia & magistratu pendent, operæ pretium est pauca de his, illis quæ præcesserunt at-  
texere. Ac ne longius ab instituto abs-  
eam, Ius civile (quod est præceptum &  
ordinatio domini circa subditos) in ius  
naturale & legitimū in primis dividitur.  
Ius naturale à philosopho definitur quod ubiq;  
& apud omnes idem valet; ut ignis  
hic & apud Persas urit. Ius legitimū,  
quod in initio nihil interfuit licet an secus  
fieret: cum autem latum positumq; est  
iam interest, verbi causa, in quadagesi-  
ma ieiunare. Sciendū ergo est ius omne  
apud philosophos aut ante legem posi-  
tam & consuetudinē confirmatam vim  
suā habere, aut ab ipsa lege & consuetu-  
dine vim suam derivare: primo modo  
simpliciter & absolutè naturale: secūdo  
modo legale dicitur. Illud à Iustino. ius  
gen.

gentiū, hoc à Cicerone consuetudo appellatur. Ius naturale iterum tripartitò <sup>Ius naturale</sup> accipitur, primum pro iure diuino, quo <sup>triplex.</sup> omnia tam inanimata quàm animata, tam sensu quàm ratione prædita gubernantur. Deus enim in omnia quæ fecit, influit, vnde Boëtius, ô qui perpetua mūdum ratione gubernas, terrarum, coeliq; fator. Alio modo accipitur pro instinctu nature, quo veluti occulto motu rationis omnia perfecta animantia ad societate, ad procreationem, ad amorem & cōseruationem rerum, quæ partæ sunt, feruntur. Postremo accipitur p̄ naturali iudicio rationis humanæ, quo solum humanum genus dirigitur & cōseruatur. De hoc iure Diuus Apostolus loquitur, vbi docet gentes quæ legem scriptam nō haberēt, naturæ vi ea, quæ legis sūt, facere, sibi leges esse, ostendentes opus legis suis inscriptū cordibus. Iuris hoc modo ac- <sup>Iuris natura-</sup> <sup>lis sex sunt</sup> <sup>species.</sup> cepti (vt docet orator) sex sunt species: religio, pietas, obseruātia, gratia, veritas, & vindicta. Religio est (vt definit) quæ su- <sup>Religio.</sup> prioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, curā, ceremoniamq; adfert.

Vno

2.

3.

Vno verbo sic, Religio est timor, amor &  
 honor Dei. Pietas est, per quam sanguine  
 coniunctis, patriæ & beneuolis officium  
 cultusq; tribuitur. Gratia, in qua amici-  
 tiarum & officiorum alterius memoria,  
 alteriusq; remunerandi voluntas cōtine-  
 tur. Obseruantia est per quam homines  
 dignitate præcellētes cultu & honore iu-  
 ste veneramur. Veritas est per quam præ-  
 terita, præsentia, & futura in concussa &  
 immutata manēt. Vindicta est per quam  
 vis, damnū, & iniuria propulsantur. Legi-  
 timum ius leuiter à natura tractum recta  
 ratio concepit, vsus peperit, consuetudo  
 aluit & confirmauit. Hoc verò ius est vel  
 diuinum, vel humanum; diuinum, quod  
 lege & Euangelio præscribitur. huma-  
 num, quod est vel simplex, vt politicum,  
 vel mixtum vt pontificium seu canoni-  
 cum, quod quidem per ecclesiam in cul-  
 tum & honorem Dei instituitur. Hoc au-  
 tem ortum & inuentum augures, aruspice-  
 ces, flamines, interpretes somniorum &  
 coniectores superstitiosè condiderūt, &  
 quod nunc illi correxerunt, quib. claus  
 author salutis & veritatis dedit. Sed quid  
 mo-

Pietas.

Gratia.

Obseruantia.

Veritas.


Vindicta.

Ius legale vn-  
de ortum.


**moror?** Ius ciuile in populari statu reipublicae plebiscitum, in consulari senatusconsultum, in regno constitutio & editum in arbitrario iudicio sapientis viri iustū responsum dicitur. Sapientis enim viri sententia saepe pro lege obseruatur.

Iusciuile mul-  
tiplex.

*Distinctio questionis.*



Cc Lega-



Opp.

*Ius naturale & ciuile sunt opposita, vt habetur in di-  
uisione iuriprudētie capite primo decretorum: ergo  
ius ciuile non rectè diuiditur in ius naturale & legale.*

Propriè sum-  
pta opposita  
sunt ius natu-  
rale & ciuile.

Resp.

*Patet solutio huius argumenti in prima distinctione.  
Nam ius naturale & ciuile sunt opposita, si propriè, nō  
autem si suse sumantur. Respice distinc. iōne n.*

Opp.

Opp.

Nulla est iustitia naturalis: ergo nullum est ius naturale. Antecedens patet primo capite secundi libri. vbi probatur quod à natura nulla virtus insit, Argumētum tenet à coniugati.

Resp.

Lumine natura & rationis instructi sumus id nemini velle facere, quod nobis fieri non velimus, & hoc ius naturale adeoq; ipsa iustitia dicitur. Cū verò ordo, lex, & prudētia ad hoc lumē natura accedunt, tū ius civile ac moralis iustitia appellatur. Ad argumētum ergo respondetur negando antecedēs, & ad probationem dicendū est, quod in primo cap. 2. libri. Aristot. non negat tale lumen ac semen virtutis nobis inesse à natura.

Opp.

Omnis iustitia in communicatione aliqua inter homines consistit, vt liquido patet superius: sed omnis communicatio inter homines est omnino voluntaria & non naturalis: ergo omnis iustitia est voluntaria & nō naturalis.

Resp.

Societas seu communis catio humana capitur, vel Inchoatiuè, quæ est à natura, & sic iustitia est naturalis. Perfectiuè, & absoluè, quæ est à studio atq; industriâ, & sic iustitia est simpliciter voluntaria.

Iustitia quomodo naturalis & quomodo voluntaria

Opp.

*Ius patris in filium, domini in seruum, viri in vxorē  
i. lib. politicorum naturale esse probatur. & negatur il-  
lic esse ciuile. ergo ius ciuile non rectè diuiditur hic in  
naturale & legale.*

Resp.

*Ius ciuile seu politicum in eo loco strictè non fuscū  
mittitur, vt in 2. argumento huius questionis patet.*

**Argumenta contra secundam quæ-  
stionem.**

Opp.

*Ius naturale commutari potest in legale, vt constat  
sape. ergo male definitur in textu id esse quod commu-  
tari non potest.*

Resp.

*Soluitur hoc argumentū in primo cap. secundi libri  
Ethic. vbi docuimus aliquid esse insitum vel formaliter,  
quod mutari nō potest, vel naturaliter, vt dextra esse  
fortiorem sinistra, habere barbam, & similia, & hoc  
mutari potest. Cum ergo dicit philosophus ius naturale  
non mutari, ex parte non simpliciter & absolutè intel-  
ligit, vt exemplū ipse in textu ostendit.*

*Ius naturale  
quomodo nō  
mutetur.*

Dub.

*Ius legale  
quomodo  
mutetur.*

**Vtrum ius legale mutari possit.**

	{	Rarò ne incommodum	}	
<i>Ius legale</i>	{	In melius ni periculum	}	<i>ex innoua- tione sequa- tur.</i>
<i>mutari</i>	{	Prudenter & sensim ne	}	
<i>potest, sed</i>	{	reipubl. naufragium	}	

C A P.